3

CODICE DIPLOMATICO

DELLA CHIESA VESCOVILE DI ANGLONA.

Num. I.

Diploma del Re Guglielmo II detto il Buono.

IN NOMINE DOMINI DEI AETERNI, ET SALVATORIS NOSTRI JESU CHRISTI AMEN.

WILLELMUS Divina favente clementia Rex Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, una cum Domina MARGARITA gloriosa Regina Matre sua. Cum ad regendum, ampliandumque totius Regni nostri statum ex Regali dispensatione providentiae universaliter nostrae deliberationis adduximus sollicitudinem, specialius tamen, & propensiore cura regendarum studio trahimur Ecclesiarum, ut Domus Dei, cujus munere subsistimus, cujus virtute Regni moderamen feliciter & sumpsimus, & conservamus, sub protectione Culminis nostri rerum suarum & securitate vigeant incremento. Hac itaque ducti consideratione, & memores fidelitatis, tuique boni servitii Willelme Venerabilis Anglonensis Episcope, pro remedio quoque, ac salute animae Domini quondam gloriosissimi Regis WILLELMI Patris nostri divae memoriae, Episcopatui Anglonae, & tibi, tuisque in eadem Ecclesia successoribus concessimus in perpetuum Castellum, quod dicitur Nucara, cum omnibus justis tenimentis, & pertinentiis suis, ut praedicta Ecclesia, & tu, tuique in eadem Ecclesia successores illud in perpetuum teneatis, cum omnibus justis tenimentis, & pertinentiis suis. Ad hujus autem concessionis nostrae memoriam, & perpetuam firmitatem praesens Privilegium per manus Joannis nostri Notarii scribi, & bulla aurea nostro tipario impressa roboratum nostro signaculo duximus decorari, Anno, Mense, & Inditione subscriptis (*).

(*) Nella copia, che abbiamo di questo Diploma, il diligente Notajo vi esemplò a penna la figura del bollo d'oro del Re Guglielmo, che esisteva nell'originale, e che noi avremmo fatto incidere in rame per inserirlo in questo luogo, se la copia fosse stata fatta cogli stessi antichi caratteri del medesimo originale. Basterà perciò soltanto dire, che è di forma circolare, nel cui contorno sta scritto: *Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini exaltavit me:* e nello scudo quadripartito si osserva il monogramma del Re co' suoi titoli, distribuiti nelle quattro divisioni, che dicono così: *W divina favente clementia Rex Siciliae Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae.*

Datum in Urbe felici Panormi per manus Stephani Regis Cancellarii anno Dominicae Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo septimo, mense Octobris, Inditionis primae. Regni vero Domini WILLELMI Dei gratia gloriosissimi, ac magnificentissimi Regis Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae anno secundo feliciter Amen.

Extracta est praesens Copia a suo Originali in pergamena existente penes Reverendissimum Dominum Episcopum Anglonen. manu alterius, & facta collatione per me Notarium Joannem de Lilla de Senisio cum suo Originali concordat, meliori semper salva. In quorum fidem ego praefatus Natarius Johannes hic me subscripsi, & meo solito, & consueto signo signavi rogatus, & requisitus = Adest signum Notarii.

Praevio ordine in scriptis dato per Dominum Regium Consiliarium Praesidentem Regiae Camerae Summariae, & Regalis Patrimonii Fisci Patronum D. Dominicum Potenza in actis existente, extracta est praesens Copia ab actis anni 1565 *intitularis*: Acta originalia inter Reverendum Episcopum Anglonen. Civitatis Tursii, cum Universitate supradictae Civitatis *penes me fol. 96, & facta collatione &c., meliori &c., & in fidem &c. Neapoli ex Regia Camera Summariae die* 15 *Septembris* 1784 = *Marianus Letizia Actuarius* = *Vidit Fiscus citra praejudicium &c.*

Num.II.

Num. II.

Diploma dell' Imperador Federico II.

FEDERICUS Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliae. Etſi omnia caduca ſunt hominum ac temporum diuturnitate labantur, ſunt tamen ex hominibus aliqua perpetuae ſtabilitati connexa, illa videlicet quae divinis addicata cultibus funiculum hereditatis Dei ſatagunt inter homines ampliare: Decet igitur Imperialem excellentiam quod illis precibus benignius inclinetur, quae divino cultui precantur augumentum, & ſacroſanctis Eccleſiis protectionis noſtrae poſtulant indulgere favorem: Notum itaque fieri volumus univerſis fidelibus Regni noſtri, quod Nos intuitu Divinae retributionis, & pro remedio animarum felicium Regum Praedeceſſorum noſtrorum, felicis quoque memoriae divi Imperatoris Patris noſtri, intuitu etiam Beatae Virginis, in cujus nomine Anglonenſis Eccleſia noſcitur eſſe fundata, ipſam Eccleſiam cum omnibus bonis ſuis ſub protectione Culminis noſtri recipimus: concedentes, & confirmantes Eccleſiae ſupradictae in perpetuum Caſale Anglonen. cum omnibus tenimentis, & pertinentiis ſuis: quorum tenimentorum, & pertinentiarum fines ſunt iſti: Incipit a Vallone de Lauro, & vadit per viam, quae ducit per caput Vulgari, & vadit ad ſtratam Sanctae Cinapurae, quae dicitur ſtrata Franciſca, & perducitur ad flumariam Acri, & per ipſam flumariam ducitur ad vallem cupam, & per criſtam ipſius vallis ducitur per frontem de Cruce, & deſcendit per vallonem de Contarato ad ſtratam, quae vadit Colobrarium, & per ipſam ſtratam ducitur per frontem de Bregha ad flumen Sinni, & ab ipſo flumine ducitur ad vallonem de Lauro, ubi concluditur: Concedimus etiam praedictae Anglonenſi Eccleſiae homines, quos habet in Caſtris Turſii, & Sancti Arcangeli, & omnia quae in praeſentiarum juſte & rationabiliter poſſidet, vel quae in antea juſto titulo poterit adipiſci: Inſuper eximimus ipſam Eccleſiam, & Praelatos ejus, Clericos ejuſdem Caſalis, & Dioeceſis ejus, homines, & vaſſallos ipſius ab omnibus ſervitiis, taliis, collectis, & exactionibus Curiae noſtrae, & Succeſſorum noſtrorum, Juſtitiariorum, Caſtellanorum, Bajulorum, & omnium Officialium noſtrorum, & Succeſſorum noſtrorum, Comitum, & Baronum, & nihil nobis, & Suc-

ceſ-

ceſſoribus noſtris in praelibatis ejus hominibus ; & vaſſallis ipſius penitus reſervamus , praeter judicium ſanguinis , & quod Praelati ejus Nobis, & Succeſſoribus noſtris homagium facient, & juramentum praeſtabunt fidelitatis. Mandamus igitur, & Imperiali ſancimus edicto, ut nulli omnino hominum liceat hanc noſtrae conceſſionis, & confirmationis infringere paginam , vel ei auſu temerario contraire: Ad hujus autem conceſſionis, & confirmationis noſtrae memoriam, & inviolabile firmamentum praeſens Privilegium fieri, & ſigillo Noſtræ Majeſtatis juſſimus communiri. Datum Tarenti poſt Curiam Capuae celebratam Imperii noſtri anno primo, vigeſimo primo menſis Aprilis, IX Indit. (*).

Num.III.

(*) Non altrimenti ci è pervenuto queſto Diploma ; ſe non che inſerito in un altro della Regina Giovanna I , e del Re Lodovico ſuo ſecondo marito dell' anno 1352 , con cui ampiamente lo confermarono: e di queſto ce ne ſono più copie autentiche; una delle quali ne abbiamo riportata in queſto Codice nel Num. VII , dalla cui legalità reſta il preſente pienamente autorizzato.

Num. III.

Primo Diploma del Re Roberto:

ROBERTUS Dei gratia Rex Hierusalem, & Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, Provinciae, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comes, Justitiariis Basilicatae praesenti, & futuris fidelibus suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Elusorium foret Principis edictum si quod prudenter statuitur, per novitatis repentinae dispendium non servatur. Sane Venerabilis Patris Angeli Anglonensis Episcopi, fidelis, & devoti Nostri, petitio querula Majestati Nostrae nuper oblata continuit, quod licet Ecclesiarum vassallos, & homines ab administratione officiorum fiscalium Regni Capitula, edita per clarae memoriae Dominum Patrem nostrum in Palatio Sancti Martini, & in Parlamento publico celebrato Neapoli divulgata, specialiter eximant, & excludant, vos tamen praesens Justitiarie, seu Praedecessores tui, qui fuerunt pro tempore, homines Civitatis Anglonensis de decreta tibi Provincia, vassallos ejusdem Episcopi, seu majoris Ecclesiae Anglonensis, ut idem ponit Episcopus, infeste prosequeris, quod & reverentiam gaudentis reverens, & injusta subditorum gravamina non evitans, nonnullis eorum commissiones fecisti de citandis hominibus pro tuae arbitrio voluntatis: & sicut in querela subijcitur Universitatem hominum praedictorum, pro eo quod generaliter inquisitiones, tanquam plura subjectis nostris producentes incommoda, Officialibus nostris interdictae noscuntur, citari facis ad tui praesentiam de receptationibus Bannitorum, per quae homines Universitatis ejusdem se gravaminibus taediosis affectos, & damnis non modicis ingemiscunt. Super quo provisionis nostrae remedio suppliciter implorato, Nos reputantes te inconsulte in hac parte procedere, ubi audes editae Paternae sanctionis Capitulis contraire, fidelitati tuae districte praecipimus, quia si sit ita, & homines ipsi vassalli sunt ejusdem Anglonensis Ecclesiae, ut praefertur, Capitulo ipso funditus, & inviolabiliter observato, quicquid per te fuerit in contrarium attentatum, in irritum illico revocare procures, eosdem homines de receptatione Bannitorum hujusmodi molestare, aut impetere contra justitiam de cetero non praesumas, ne forte si secus attentes, contra te insurgat invectio, quod Edictorum Regalium sis transgressor illicitus,

&

& concussionis injustae se misceat inordinatus affectus, eosque alii Justitiarii succesive futuri similiter contra tenorem Capitulorum ipsorum in favorem libertatis Ecclesiasticae productorum, nihil adversus praenominatos homines, vel alios Ecclesiae memoratae vassallos praesumatis quomodolibet non praefiniri, quantum ad vos spectaverit, ab aliis permittatis, ita quod ulterior coram nobis justa exinde querimonia non feratur. Nos enim si quid secus praesumptum extiterit, ex nunc in irritum decernimus & inane: Praesentes autem litteras post opportunam inspectionem earum praesentanti, vel praesentantibus restitui volumus, efficaciter in antea valituras. Datum Neapoli per Bartholomaeum de Capua Militem, Logothetam, & Protonotarium Regni Siciliae anno Domini MCCCXXV, die XXIII Aprilis, VIII Inditionis, Regnorum nostrorum anno XVI.

Ad subjectae autem petitionis instantiam nuper Majestati Nostrae porrectam pro parte vassallorum, & hominum dictae Anglonensis Ecclesiae, conquerentium se contra mentem, & seriem litterarum ipsarum per Praedecessores vestros, qui fuere pro tempore, & te praesentem in praemissis, & circa praemissa multipliciter opprimi, & gravari, nec ipsas eis litteras observari in eorum grave dispendium, & jacturam, beneplaciti Nostri est, fidelitati vestrae sub poena unciarum auri quinquaginta ab ullo vestrum, qui secus non faceret, pro nostra Curia irremisibiliter exigenda, tenore praesentium districte praecipiendo mandamus, quatenus memoratis hominibus, & vassallis, & eorum cuilibet praescriptas Nostras litteras observantes, & observari ab aliis quantum ad vos pertinet, inviolabiliter facientes, illos, seu eorum aliquem contra formam litterarum ipsarum per cujusvis interpetrationis astutiam non impetatis, molestetis, seu quomodolibet opprimatis; quin potius tu praesens in irritum revocare studeas, si contra illarum mentem, & seriem ad aliquod forsitan procesisti: Praesentibus post opportunam earum inspectionem remanentibus praesentanti, efficaciter in antea valituris. Datum in Castro Maris de Stabia per Joannem Grillum de Salerno Juris Civilis Professorem, Viceprotonotarium Regni Siciliae, anno Domini MCCCXXXII, die XIII Julii, XV Inditionis, Regnorum nostrorum anno XXIV (*).

Num.IV.

(*) Anche questo Diploma fu confermato dalla Regina Giovanna I, e letteralmente inserito nell'altro suo Diploma registrato al Num. V, la cui legalità è perciò comune ad ambedue.

Num. IV.

Secondo Diploma del Re Roberto.

ROBERTUS Dei gratia Rex Siciliae, Hierufalem, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, Provinciae, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comes, Juftitiariis Bafilicatae praefenti, & futuris fidelibus fuis gratiam fuam, & bonam voluntatem. Eluforium foret Principis edictum, fi quod prudenter ftatuitur, per repentinae novitatis difpendium non fervatur. Sane inter editiones five Capitula edita pro bono ftatu Regiorum Fidelium illud fignanter exprimitur, quod Juftitiarii Regionum cuftodiae Nundinarum, quae fiunt in jurifdictione ipforum, nullos familiares eorum praeficiant, vel aliquos alios loco fui; ex quo datur intelligi quod ipfa provida Edicentis infpectio cuftodiae Nundinarum hujufmodi Provinciarum Praefides ingerere noluit, fed ipfam Officialibus aliis Terrarum, atque Locorum, in quibus ipfae fiunt Nundinae, dereliquit. Sicut autem pro parte Venerabilis Patris R. Epifcopi Anglonen., Confiliarii, & familiaris, ipfius Civitatis Anglonen. Domini, ficut dicit, de decreta vobis Provincia, ac Univerfitatis hominum Civitatis ejufdem noftrorum fidelium fuit Majeftati Noftrae querula expofitione monftratum, Praedeceffores veftri, qui in ipfo officio pro praeterito fuere pro tempore, feu ipforum aliqui, contra dictum Capitulum praefumentes, ad Civitatem praedictam tempore Nundinarum, quae ibi annis fingulis celebrantur, confueverunt perfonaliter interdum accedere, interdum vero Commiffarios fuos transmittere, qui ad extorquendum potius, quam ad cuftodiendum Civitatem ipfam, officiorum fuorum favore, affumpta fibi cuftodia earundem Nundinarum illicite, illaque Bajulis, & Officialibus aliis Civitatis ejufdem, ad quos de folito pertinet, interdicta, plura injuriofa, & gravia, tam ipfius Terrae hominibus, quam aliis ad ipfas confluentibus Nundinas, exquifitis occafionibus variis, intulerunt. Verentes igitur exponentes praefati ex praefcriptis reprobis actibus verifimiliter de futuris, opportune in illis provifionis noftrae remedium devotius implorarunt. Nos igitur provife penfantes, quod ad nihilum Statuta, feu Capitula fierent, nifi debita obfervatione gauderent, fidelitati veftrae tenore praefentium, fub poena unciarum auri XXV, & alia graviori poena fi fecus contra

feceritis pro nostro arbitrio infligenda, mandamus, quatenus forma dicti Capituli diligenter attenta, illa efficaciter observata, in custodiam Nundinarum ipsarum, interdictam vobis per ejusdem Capituli seriem, vos nullatenus ingerere praesumatis, illam per Bajulos, & Camerarios Civitatis praedictae exerceri prout hactenus consuetum est fieri libere permittentes, ita quod ad Nos querela denuo non feratur. Indignum quidem censetur, & absonum, si quod illicitum Justitiario regionis per Officiales suos negatur expresse, concederetur ipsi Justitiario per se ipsum. Praesentes autem litteras, post opportunam inspectionem earum, praesentanti, seu praesentantibus restitui volumus, efficaciter in antea valituras. Datum in Castro Maris de Stabia per Joannem Grillum de Salerno Juris Civilis Professorem, Viceprotonotarium Regni Siciliae, anno Domini MCCCXXXII, die XIV Julii, XV Inditionis, Regnorum nostrorum anno XXIV. (*)

Num.V.

(*) Egualmente confermò la Regina Giovanna I quest' altro Diploma del Re Roberto suo Avo, inferendolo estesamente in quello del Num. VI, onde la legalità è anche comune all' uno e all' altro.

Num. V.

Primo Diploma della Regina Giovanna I.

Praesentata in Camera die ultima Junii 1572 *per nobilem Julium de Lauro una cum sequenti.*

In Registro Joannae I anni 1343 Inditione XII *lit. D fol.* 163.

JUSTITIARIIS BASILICATAE ANNI XII INDITIONIS.

JOANNA Dei gratia Regina Hierusalem, & Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, Provinciae, & Forcalquerii, ac Pedimontis Comitissa, Justitiariis Basilicatae praesenti, & futuris fidelibus suis gratiam suam, & bonam voluntatem. Dudum clarae memoriae Rex inclitus Dominus Avus noster Hierusalem, ac Siciliae Rex illustris suas vobis direxit litteras, subscriptam seriem continentes (*Quì si legge inserito il Diploma del Num.III*). Novissime vero pro parte vassallorum, & hominum dictae Anglonensis Ecclesiae fuit Excellentiae nostrae supplicatum humiliter ut servari eis praemissas Avitas litteras, praesertim cum adversus illarum mentem, & seriem per Praedecessores vestros, qui fuere pro tempore, diversimode fuisse reputent se gravatos, charitate Dominica juberemus. Nos autem rescripta Regalia, & Avita potissime in favorem concessa fidelium, & Ecclesiarum potissime servari volentes, absque obice cujuslibet transgressionis illesa, fidelitati vestrae, de consilio, & assensu Inclitae Dominae SANCIAE Dei gratia Hierusalem, & Siciliae Reginae, Reverendae Dominae Matris, Administratricis, & Gubernatricis nostrae, & aliorum Administratorum, & Gubernatorum nostrorum, sub poena in eisdem Avitis litteris comprehensa, & graviori alia nostro arbitrio reservata, firmiter, & expresse jubemus, quatenus earundem Avitarum Regalium litterarum forma diligenter attenta, & efficaciter observata, memoratos homines, & vassallos Anglonen. Ecclesiae supradictae contra litterarum ipsarum formam, & seriem non impetatis, molestetis, seu gravetis in aliquo, nec molestari, vel opprimi quomodolibet permittatis; quinimo tu praedicte praesens Justitiarie revocare studeas prorsus in irritum si quid esset in contrarium forsitan attentatum, itaquod non oporteat ulterius tibi scribi. Praesentes autem litteras post opportunam inspectionem earum restitui volumus praesentanti, quantum erit expediens futuris temporibus effi-

caciter valituras. Datum Neapoli per Adinulfum Cumanum de Neapoli, Juris Civilis Professorem, Viceprotonotarium Regni Siciliae, anno Domini MCCCXLIII, die II Septembris, XII Inditionis, Regnorum nostrorum anno I.

Servato tenore Regiae Provisionis expeditae per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Locumtenentem in praesenti Regno die XX Junii MDLXXII exemplata est praesens Copia a suo Originali Registro in principio praesentis Copiae adnotato, cum quo facta collatione concordat, salva tamen meliori collatione, & licet manu aliena scripta, subscripta tamen propria manu, ac sigillata sigillo solito mei Anelli Cacciuttuli Regii Archivarii in Regio Archivo assistentis, & consignata = Anellus Cacciuttulus Regius Archivarius = Adest signum sigilli olim impressi in cera hispanica rubra.

Praevio ordine in scriptis dato per Dominum Regium Consiliarium, Praesidentem Regiae Camerae Summariae, & Regalis Patrimonii Fisci Patronum D. Dominicum Potenza in actis existente, extracta est praesens copia ab actis anni 1565 *intitulatis:* Acta originalia inter Reverendum Episcopum Tursii cum Universitate supradictae Civitatis *penes me &c. fol.*68, *&* 69, *& facta collatione &c., meliori &c., & in fidem &c. Neapoli ex Regia Camera Summariae die* 15 *Septembris* 1784 = *Marianus Letizia Actuarius = Vidit Fiscus citra praejudicium &c.*

Num. VI.

Num. VI.

Secondo Diploma della Regina Giovanna I.

Praesentata ut supra .
In Registro Joannae I anni 1343 Inditionis XII , *fol.165 a t. lit.D.*
JOANNA &c. = Justitiariis Basilicatae praesenti , & futuris fidelibus suis &c. Dudum clarae memoriae Rex Inclitus Dominus Avus noster Hierusalem & Siciliae Rex Illustris suas vobis direxit litteras subscriptam seriem continentes (*Quì fu interamente trascritto il Diploma del Num.IV*) . Novissime vero pro parte vassallorum , & hominum dictae Anglonen. Ecclesiae fuit Excellentiae Nostrae supplicatum humiliter , ut servari eis praemissas Avitas litteras , praesertim cum adversus illarum mentem , & seriem per Praedecessores vestros , qui fuerunt pro tempore , diversimode fuisse reputent se gravatos , charitate Dominica juberemus . Nos autem rescripta Regalia , & Avita potissime in favorem concessa fidelium , & Ecclesiarum potissime servari volentes absque obice cujuslibet transgressionis illaesa , fidelitati vestrae de consilio , & assensu inclitae Dominae Dominae SANCIAE Dei gratia Hierusalem , & Siciliae Reginae Reverendae Dominae Matris , & Administratricis , & Gubernatricis Nostrae , & aliorum Administratorum , & Gubernatorum nostrorum , sub poena in eisdem Avitis litteris comprehensa , & graviori alia nostro arbitrio reservata , firmiter , & expresse jubemus , quatenus earundem Avitarum Regalium litterarum forma diligenter attenta , & efficaciter observata , memoratos homines , & vassallos Anglonen. Ecclesiae supradictae contra litterarum ipsarum formam , & seriem non impetatis , molestetis , seu gravetis in aliquo , nec molestari , nec opprimi quomodolibet permittatis ; quinimo tu praedicte praesens Justitiarie revocare provideas prorsus in irritum si quid esset in contrarium forsitan attentatum , itaquod non oporteat ulterius vobis scribi : Praesentes autem litteras post opportunam inspectionem earum restitui volumus praesentanti , quantum erit expediens futuris temporibus efficaciter valituras . Datum Neapoli per Adinulfum Cumanum de Neapoli anno Domini MCCCXLIII , die II Septembris , XII Inditionis , Regnorum nostrorum anno I.

Servato tenore Regiae Provisionis expeditae per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Locumtenentem in praesenti Regno die

die XX Junii 1572, exemplata est praesens Copia a suo Originali Registro in principio praesentis Copiae adnotato, cum quo facta collatione concordat, salva tamen meliori collatione, & licet manu aliena scripta, subscripta tamen propria manu, ac sigillata sigillo solito mei Anelli Cacciuttuli Regii Archivarii in Regio Archivo assistentis, & consignata = Anellus Cacciuttulus Regius Archivarius = Adest signum sigilli olim impressi in cera hispanica rubra.

Praevio ordine in scriptis dato per Dominum Regium Consiliarium Praesidentem Regiae Camerae Summariae, & Regalis Patrimonii Fisci Patronum D. Dominicum Potenza in actis existente, extracta est praesens Copia ab actis anni 1565 intitulatis: Acta originalia inter Reverendum Episcopum Tursii, cum Universitate supradictae Civitatis *penes me &c. fol. 70 & 71, & facta collatione &c., meliori &c., & in fidem &c. Neapoli ex Regia Camera Summariae die 15 mensis Septembris 1784 = Marianus Letizia Actuarius = Vidit Fiscus citra praejudicium &c.* (*)

Num. VII.

(*) Questo Diploma nelle sue espressioni è in tutto simile all'antecedente del Num. V; ma i diversi Diplomi, che furono in essi rispettivamente inseriti, e la diversità, della foliazione del Registro, da cui sono stati estratti, fanno pienamente conoscere, che col medesimo formolario vollero i Ministri della Regina Giovanna I esprimere due diverse, e contemporanee provvidenze della loro Sovrana; come ne' tempi antichi, e moderni frequentemente si osserva essersi praticato in simili circostanze.

Num. VII.

Terzo Diploma della Regina Giovanna I, e del Re Lodovico suo secondo marito.

LUDOVICUS, ET JOANNA Dei gratia Rex, & Regina Hierusalem, & Siciliae, Ducatus Apuliae, & Principatus Capuae, Provinciae, Forcalquerii, ac Pedimontis Comites, Universis praesentes litteras inspecturis, tam praesentibus, quam futuris. Quod factum legitime per Praedecessores Nostros plerumque comperimus in evidentioris cautelae praesidium per adjectum confirmationis Nostrae suffragium renovamus. Sane Venerabilis in Christo Pater Richardus Dei gratia Episcopus Anglonen. Consiliarius, familiaris, & fidelis noster Majestati nostrae reverenter exposuit, quod quondam FEDERICUS Romanorum Imperator, & Rex Siciliae motus instinctu, & reverentia Beatae Mariae Virginis gloriosae, cujus vocabulo ipsa Mater Anglonen. Ecclesia insignitur, eidem Ecclesiae, ejusque Praesulibus in perpetuum quoddam patens concessit Privilegium, praesentatum per eum noviter nostris obtutibus, ejusdem Imperatoris Regis vero, & noto cereo sigillo munitum, non abolitum, non abrasum, nec in aliqua sui parte suspectum, tenoris, & continentiae subsequentis (*Quì venne letteralmente copiato il Diploma del Num. II*). Noviter autem praefatus Episcopus apud Nos suppliciter institit, & de concessione, & confirmatione jam dicti Privilegii, & contentorum in illo humiliter supplicavit. Nos igitur ex zelo charitatis internae, qui ad venerandas Ecclesias, & alia pia loca digne Nos provehit, praedictam Anglonen. Ecclesiam, ejusque Ministros principalibus intendentes fulcire praesidiis, gratisque commoditatibus confovere, praesertim in laudem ipsius gloriosae Virginis, sub cujus virtute concrescimus, & actiones nostras sub pia ejus assistentia temporaliter praeservamus, ut per incrementa nostrae liberalitatis, & gratiae ejusdem Ecclesiae statum quantum favorabiliter possumus, nostris prosequutionibus augeamus, porrectis nobis ejusdem Episcopi supplicationibus, in hac parte prompte, ac delectabiliter inclinati, jam dictum Privilegium praefati Praedecessoris nostri Siciliae Regis, ac immunitates, & exemptiones quaslibet, & alia omnia in ipsius Privilegii serie declarata pariter, & distin-

distincta de certa nostra scientia , & speciali gratia renovamus ; & ratificamus expresse, illaque ratificationis, & approbationis nostrae munimine tenore praesentium confirmamus. Volentes, & de ipsa nostra certa scientia declarantes , quod praemissum Privilegium, necnon immunitates, & exemptiones ipsae, aliaque in eo contenta, velut praemittitur , praesensque nostra specialis ratificatio , & confirmatio subsequuta jam dictae Anglonen. Ecclesiae, suisque Praesulibus in perpetuum efficaciter stabiles , & incommutabiliter sint reales : Mandantes de ipsa nostra certa scientia tam Justitiariis Basilicatae , quam Terrae Idrunti, necnon & Officialibus, & Magistratibus aliis dicti Regni, ad quos spectat, seu spectare poterit, praesentibus, & futuris, ut jam dictum Privilegium, & contenta in eo, praesentesque nostras confirmatorias litteras servent , & servari faciant eidem Ecclesiae , juxta illarum seriem efficaciter, & intransgressibiliter illibatas , nec adversus eas quidquam tentare directe vel per obliquum quoquo modo praesumant, sed revocent prorsus in irritum si quid adversus formam dicti Privilegii , & hujus confirmationis nostrae attentatum esset jam , aut in futurum contingeret forsitan attentari : Nos enim ex nunc prout ex tunc quidquid adversus mentem, & seriem Privilegii supradicti , & contentorum in eo , ac hujus confirmationis nostrae attentatum existeret hactenus quandocumque, vel in futurum forsitan contingerit attentari , irritum, & revocandum fore decernimus & inane , & ex Decreto praesenti nullius esse roboris , efficaciae , seu momenti generalium Collectarum cedulis missis , & mittendis de Curia , a quibus & aliis exactionibus , & oneribus eandem Ecclesiam , ejusque Praelatos, Clericos, homines, & vassallos juxta tenorem dicti Privilegii , hujus etiam nostrae confirmationis vigore exemptos esse volumus, & immunes, ac litteris, & mandatis quibuscumque contrariis non obstantibus quoquo modo, fidelitate quoque nostra semper salva : In cujus rei testimonium praesentes litteras fieri, & pendentibus Majestatis nostrae sigillis jussimus communiri . Datum Neapoli per Sergium Domini Ursonis de Neapoli Militem, Juris Civilis Professorem, Magnae nostrae Curiae Magistrum Rationalem, & Viceprotonotarium Regni Siciliae, anno Domini MCCCLII, die XII Julii, V Indictionis, Regnorum nostri Regis anno IV, nostrae vero Reginae anno X.

Ego Notarius Jacobus Ciutius de Civitate Tursii Regia auctoritate publicus fateor praesentem Copiam praeinserti Privilegii fuisse abstractam a transunto Originalis Privilegii existente penes Reverendissimum Dominum Joannem Antonium Scocium Episcopum Anglo-

glonen. , & *cum eo concordat : Et licet alterius manu sit scripta quin de verbo ad verbum concordat* , & *ut fides adbibeatur indubitata tam in judicio , quam extra* , & *ab omnibus ego idem Notarius Jacobus meum , quo utor , in Instrumentis* , & *in similibus apposui prout ecce signum* = Adest signum Notarii .

Praevio ordine in scriptis dato per Dominum Regium Consiliarium , *Regiae Camerae Summariae Praesidentem* , & *Regalis Patrimonii Fisci Patronum D.Dominicum Potenza existente in actis* , *extracta est praesens Copia ab actis anni* 1565 *intitulatis :* Acta Originalia inter Reverendum Episcopum Tursii cum Universitate supradictae Civitatis *penes me fol.* 88 *a t.* , & 89 , & *facta collatione* &c., *meliori* &c. , & *in fidem* &c. *Neapoli ex Regia Camera Summariae die* 15 *Septembris* 1784 = *Marianus Letizia Actuarius* = *Vidit Fiscus citra praejudicium* &c. (*)

Num.VIII.

(*) Più altre copie legali di questo Diploma , coll' inserito intero tenore di quello dell' Imperador Federico II , abbiamo negli antichi Processi della Regia Camera , oltre di questa estratta dal Processo del 1565 : e da esse son derivate tutte le altre , che posteriormente si sono in varj giudizj adoperate . Ma più di tutte è riguardevole quella , che esiste nel Processo del 1552 , poichè venne , per ordine del Magistrato , giuridicamente collazionata sullo stesso originale , coll' intervento del Fisco , e delle Parti ; e ne abbiamo rapportato l'Atto solenne nel Num. XIII di questo Codice .

Num. VIII.

Primo Diploma del Re Ferdinando I di Aragona:

Praesentata in Camera die 24 Octobris 1566 per nobilem Julium de Lauro, cum duabus aliis sequentibus scripturis.

FERDINANDUS Dei gratia Rex Siciliae, Hierusalem, & Unghariae, Universis, & singulis praesentium seriem inspecturis, tam praesentibus, quam futuris. Nundinarum concessio petentibus proficua est, quia emendi, vendendique commercio dum multa multifariam ingeruntur, concursu confluentium Civibus mirificus fructus insequitur. Sane moti precibus Reverendi Patris Ludovici Fonoblet Episcopi Angulonensis, Consiliarii, & Procuratoris nostri in Romana Curia dilectissimi, cui propter ejus in Nos, & rebus nostris studium, egregiam fidem, & infractos labores longe majora debemus; necnon fidelium dilectorum Universitatis, & hominum dictae Civitatis Anguloni, ut ipsa Civitas, quae jam consuevit esse frequens, & multis bonis Civibus referta, pristinam dignitatem recipiat, & instauretur, tenore praesentium de certa nostra scientia indulgemus, quod in dicta Civitate Anguloni singulis annis in perpetuum, in festo Nativitatis Beatae Mariae Virginis in dicta Civitate solemni, quolibet anno, incipiendo in Vigilia per octo dies, ab inde continuos, celebrentur Nundinae rerum venalium genarales, ita quod omni anno, incipiendo a die datae praesentium, per annos singulos in posterum, & in perpetuum per octo dies ut supra, ipsae Nundinae in ipsa Civitate celebrari possint, dummodo fiant absque dispendio nostrae Curiae, Reipublicae, & praejudicio vicinorum. Quas quidem Nundinas praedicto modo futuras francas esse volumus, & exemptas ab omni onere Dohanae, & cujuslibet alterius servitutis. Concedentes eisdem Civitati, & hominibus, quod dictis annis singulis possint, & valeant in praedictis Nundinis, ut praedicitur, futuris annis singulis ordinare, constituere, & facere Magistrum Nundinarum praedictarum ad sui libitum voluntatis, ut ab aliis in similibus fieri consuevit, qui jurisdictionem, & potestatem habeat consuetam. Illustrissimo propterea Alfonso de Aragonia Duci Calabriae, filio primogenito, Locumtenenti, & Vicario Generali nostro carissimo mentem nostram declarantes: Mandantes quoque Magistro Justitiario, & Magno Camerario hujus nostri Regni, eorum-

rumque Locatenentibus ; Regenti Magnam Curiam Vicariae , & Judicibus ejusdem, Praesidentibus , & Rationalibus Camerae nostrae Summariae , Dohaneriis , Gabellotis , Platеariis , & caeteris cujusvis status , gradus , conditionis , potestatis , dignitatis , & officii existant , majoribus , & minoribus , praesentibus , & futuris , constitutis , & constituendis , ad quos spectat , seu spectabit , & prae sentes devenerint fidelibus nostris , quatenus confluentes ad dictas Nundinas minime impediant , nec ab illis aliquod exigant , impediri , exigique permittant : Imo dictas Nundinas francas observent , assistantque ope , opera , auxilio , consilio , & favore, prout opus fuerit , & duxerint requirendum : Et praesens nostrum Nundinarum Privilegium bona fide , sine fraude , favorabiliter , ut in aliis similibus & fieri consuevit , observent , & faciant per quos decet observari . Nec secus faciant pro quanto ipse Dux filius noster morem Nobis gerere cupit , caeterique vero gratiam nostram caram habent , iramque , & indignationem , ac poenam ducatorum mille cupiunt non subire . In quorum fidem praesentes nostro pendenti sigillo munitas fieri jussimus . Datum in Castello novo Neapolis per Magnificum J. U. Doctorem , & Militem, Consiliarium dilectissimum nostrum Lucam Tozzolum Romanum , Locumtenentem Spectabilis , & Magnifici Viri Honorati de Aragonia Cajetani Fundorum Comitis, hujus nostri Regni Locothetae , & Protonotarii , Collateralis Consiliarii fidelis dilectissimi nostri , die XXI Octobris MCCCCLXVIII , Regnorum nostrorum anno XI = REX FERDINANDUS = Egius Sebastianus p. p. g. = Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petruciis = Solvit nihil mandato Regio = Registrata in Cancellaria in Registro Partium XXIIII.

Facta collatione cum dicto Privilegio Originali concordat , meliori salva = Joannes Paulus Crispus Magister Actorum .

Praevio ordine in scriptis dato per Dominum Regium Consiliarium Praesidentem Regiae Camerae Summariae , & Regalis Patrimonii Fisci Patronum D. Dominicum Potenza existente in actis, extracta est praesens Copia ab actis 1565 , *intitulatis* : Acta originalia inter Reverendum Episcopum Tursii cum Universitate supradictae Civitatis *penes me &c. fol.*42 , *& facta collatione &c., meliori &c. , & in fidem &c. Neapoli ex Regia Camera Summariae die* 15 *Septembris* 1784 = *Marianus Letizia Actuarius* = *Vidit Fiscus citra praejudicium &c.*

Num. IX.

Secondo Diploma del Re Ferdinando I di Aragona.

Praesentata ut supra.

FERDINANDUS Dei gratia Rex Siciliae, Hierusalem, & Hungariae, Universis, & singulis praesentium seriem inspecturis, tam praesentibus, quam futuris. Digne agere credimus cum nostris subditis, & fidelibus, damna, & temporum diversa incommoda passis, gratias concedimus, & munificentiam nostram impartimur. Sane cum depressa fuerit, & exinanita ob varios fortunae eventus, etiam in proximis guerris Civitas Anguloni, quae olim consuevit esse populosa, & magnopere desideremus, ut Civitas ipsa instauretur, & habitantibus repleatur, juxta etiam nostrae Pragmaticae sanctionem, impulsi maxime multis precibus Reverendi Patris Ludovici Fonoblet Doctoris, Consiliarii nostri, & Episcopi ipsius Civitatis, qui tanquam pius Pastor pro ea Civitate Nos exoravit, ut eidem complaceamus, cui pro multis ab eodem acceptis servitiis nonnihil, & longe majora debemus; proque amore quo ipsam Civitatem prosequimur, quae suppliciter Nos obsecravit: Idcirco decernentes, ut Pragmatica nostra alias edita, quod franchitia decennii Terris depopulatis observanda, dictae Civitati, & hominibus sit fructuosa, & illis observetur adunquem, serie praesentium eosdem Civitatem, homines, incolas, & singulares personas ejusdem, eorumque posteros, successores, & habitatores a solutionibus quorumcumque generalium functionum, subventionum, donorum, onerum, munerum, focularioruin, salis, collectarum novae indictionis, & fiscalium, quarumcumque functionum ordinariarum, vel extraordinariarum, realium, & personalium, & mixtarum, quovis nomine appellatarum, & prout in posterum appellari contingat, quorum, quarumque nomina habeantur pro expressis, usque ad annos decem, computandos ex nunc in antea a data praesentium, tenore praesentium, ex certa nostra scientia, liberalitate mera, & gratia speciali, juxta ipsius Pragmaticae tenorem, ad quam Nos referimus, & quam volumus haberi praesentibus pro expressa, & inserta, immunes, francos facimus, & exemptos: Ita quidem quod dicta Universitas, & homines, tam in genere, quam in specie, eorumque posteri, successores, & habitatores a modo

in

in antea, dicto tempore annorum decem durante, occasione aliquorum onerum, munerum, & fiscalium functionum quarumcumque, ut supra, minime cogi, compelli, molestarique possint, sed a dictis solutionibus sint immunes, franchi, & exempti decem annis praedictis, secundum ipsius Pragmaticae tenorem: Volentes, ut praesens nostrum franchitiae Privilegium eisdem Universitati, & hominibus sit efficax, & valiturum, & eisdem observetur, aliquibus in contrarium non obstantibus, editis, vel edendis, nec praetextu aliquorum ordinum, & mandatorum generalium, vel specialium volumus aliquod praejudicium generari: Sed dicto tempore ipsam nostram franchitiam, aliquibus minime obstantibus, aut obstituris, quibus in quantum obsisterent derogamus per praesentes, & derogatum esse volumus: Decernimus, & jubemus ex certa scientia, & de dominica nostra potestate investientes ipsos Universitatem, & homines, habitatores, & incolas de gratia, & franchitia praesentibus pro expeditione praesentium, quas vim, robur, & efficaciam verae, & realis possessionis habere volumus, clausulis ad hoc necessariis, & opportunis habitis pro sufficienter expressis. Illustrissimo propterea Alfonso de Aragonia Duci Calabriae filio primogenito, Locumtenenti, & Vicario Generali mentem nostram declarantes: Mandantes quoque Magnifico hujus Regni Camerario, & ejus Locumtenenti, Praesidentibus, & Rationalibus Camerae nostrae Summariae, Thesaurariis, Commissariis, Aerariis, Perceptoribus, Magistris Camerae, & Collectoribus quorumcumque jurium fiscalium, eorumque Locatenentibus, & substitutis, ceterisque cujusvis status, gradus, conditionis, potestatis, dignitatis, & Officii existant, majoribus, & minoribus, praesentibus, & futuris, ad quos spectat, & spectabit, & praesentes devenerint, quatenus occasione munerum, onerum, solutionum, & fiscalium quarumcumque functionum ut supra, minime praedictam Universitatem, & homines, habitatores, & incolas, & singulares personas, dictis decem annis perdurantibus, molestent, inquietent, arctent, cogant, & compellant, molestari, inquietari, arctari, cogi, compellique permittant, juxta seriem Pragmaticae praedictae: Sed eos immunes, francos, liberos, & exemptos servent, & servari faciant per quos decet. Ita providendo quod dicto termino perdurante minime occasione praedictorum aliquo pacto debeant molestari, nec secus faciant pro quanto ipse Dux filius noster primogenitus Nobis morem gerere cupit: Ceteri vero gratiam nostram charam habent, iramque, & indignationem, ac poenam ducatorum mille cupiunt non subire. In quorum fidem praesentes nostro pendenti sigillo munitas fieri

juf-

juſſimus. Datum in Caſtello novo Neapolis per Magnificum J.U.D., & Militem, Conſiliarium dilectum noſtrum Lucam Tozzolum Romanum, Locumtenentem Spectabilis, & Magnifici viri Honorati de Aragonia Cajetani Fundorum Comitis, hujus noſtri Regni Locothetae, & Protonotarii, Collateralis Conſiliarii fidelis dilectiſſimi noſtri, die XXI Octobris MCCCCLXVIII, Regnorum noſtrorum anno XI = REX FERDINANDUS = Egius Sebaſtianus p. p. g. = Dominus Rex mandavit mihi Antonello de Petrutio = Nil ſolvit mandato Regio = Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Partium XXIIII.

Facta collatione cum originalibus Privilegiis exhibitis in Regia Camera, & parti reſtitutis, praeſentes duae Copiae concordant, meliori ſemper ſalva, & in fidem Magnificus Magiſter Actorum ſe ſubſcripſit = Joannes Paulus Criſpus Magiſter Actorum.

Praevio ordine in ſcriptis dato per Dominum Regium Conſiliarium Regiae Camerae Summariae Praeſidentem, & Regalis Patrimonii Fiſci Patronum D. Dominicum Potenza exiſtente in actis, extracta eſt praeſens capia ab actis 1565 , *intitulatis*: Acta originalia inter Reverendum Epiſcopum Turſii cum Univerſitate ſupradictae Civitatis *penes me &c. fol.* 43, & 44 , *& facta collatione &c., meliori &c., & in fidem &c. Neapoli ex Regia Camera Summariae die* 15 *Septembris* 1784 = *Marianus Letizia Actuarius* = *Vidit Fiſcus citra praejudicium &c.*

Num.X.

Num. X.

Diploma della Regina Giovanna di Aragona, e del suo figliuolo dipoi Imperador Carlo V.

NOS JOANNA, ET CAROLUS Dei gratia Reges Castellae, Aragonum, Legionis, utriusque Siciliae, Hierusalem, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galleciae, Majoricarum, Hispalis, Sardiniae, Cordubae, Corsicae, Murciae, Giennis, Algarbii, Algentirae, Gibraltaris, Insularum Canariae, necnon Insularum Indiarum, & Terrae firmae, Maris Oceani, Archiduces Austriae, Duces Burgundiae, & Brabantis &c., Comites Barchinonae, Flandriae, & Tiroli &c., Domini Viscayae, & Molinae &c., ac etiam Duces Athenarum, & Neopatriae, Comites Rossilionis, & Ceritaniae, Marchiones Oristanni, & Goceani, Universis, & singulis praesentium seriem inspecturis, tam praesentibus, quam futuris. Confirmantis auctoritas antiquis juribus non solum robur adijcit, verum etiam Regalis munificentiae dignum, atque honestum testimonium perhibet; dum subditi ipsi ad Regem tanquam ad supremum Dominum suppliciter recurrunt, & Rex ipse subditorum suorum supplicationibus non minus juste, quam liberaliter annuit. Sane Majestatibus nostris exposuit Reverendus Joannes Scocius Episcopus Anglonensis, fidelis noster dilectus, quemadmodum sua Ecclesia Anglonensis virtute Privilegiorum per retro Reges Siciliae citra Farum Regni Praedecessores nostros concessorum, & confirmatorum, & a longo tempore citra quod memoria hominum in contrarium non existit, habet, tenet, & possidet in perpetuum Casale Anglonen., cum omnibus tenimentis, territoriis, & pertinentiis suis, & in dictis suis Privilegiis expressis; necnon etiam praefata Ecclesia Anglonen. habet multas alias exemptiones, Privilegia, & immunitates, virtute suorum Privilegiorum, & in dictis suis Privilegiis, & scripturis, quibus relatio habeatur, latius, & seriosius enarratas: Fuitque nunc Majestatibus nostris per eundem Rev. Episcopum humiliter supplicatum, ut eidem Ecclesiae omnia praedicta juxta tenorem dictorum suorum Privilegiorum laudare, approbare, ratificare, & confirmare, & quatenus opus sit, de novo concedere de nostra solita benignitate dignaremur: Nos qui ad venerandas Ecle-

clefias, & alia pia loca digne movemur, fupplicationibus ejufdem Reverendi Epifcopi inclinati, tenore praefentium, deque noftra certa fcientia, deliberate, & confulto, ac ex gratia fpeciali, praedictae Ecclefiae Anglon. jam dictum Cafale Anglon. cum omnibus tenimentis, territoriis, & pertinentiis fuis, & in dictis Privilegiis expreffis, necnon omnia Privilegia, exemptiones, gratias, & immunitates, ac omnia alia, & fingula in praedictis Privilegiis, ad quae Nos referimus, & volumus hic haberi, & habemus pro fufficienter infertis, ac fi de verbo ad verbum effent inferta, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, ac, quatenus opus fit, de novo concedimus, noftraeque hujufmodi laudationis, approbationis, ratificationis, confirmationis, ac, quatenus opus fit, novae conceffionis munimine, feu praefidio roboramus, & validamus, ficut melius, & plenius hactenus in poffeffione praedictorum fuit, & in praefentiarum exiftit: Volentes, & decernentes expreffe, quod praefens noftra laudatio, approbatio, ratificatio, & confirmatio, ac, quatenus opus fit, nova conceffio, fit & effe debeat eidem Reverendo Epifcopo, & dictae fuae Ecclefiae Anglonen. firma, ftabilis, valida, & realis, ac fructuofa, nullumque in judiciis, aut extra fentiens dubietatis objectum, defectus, incommodum, aut noxae alterius detrimentum, fed in fuo robore, & valore femper perfiftat: Et ut praedicta illum, quem volumus, fortiantur effectum Illuftri Viceregi, & Locumtenenti Generali dicti noftri Siciliae citra Farum Regni, Magno Camerario, ejufque Locumtenenti, Praefidentibus, & Rationalibus Camerae noftrae Summariae, Sacroque noftro Confilio, & ejus Praefidenti, Regenti Magnam Curiam Vicariae, & Judicibus ejufdem, ceterifque demum univerfis, & fingulis Officialibus, & Subditis noftris, tam majoribus, quam minoribus, quocumque nomine nuncupatis, titulo, auctoritate, & poteftate fungentibus, in dicto Regno conftitutis, & conftituendis, ad quos fpectet, dicimus, & diftricte praecipiendo mandamus, quatenus hujufmodi noftram confirmationem, & quatenus opus fit, novam conceffionem, ceteraque omnia, & fingula praecontenta eidem Epifcopo Anglonenfi, & Ecclefiae fuae praedictae teneant firmiter, & obfervent, tenerique, & inviolabiliter per quos deceat, obfervari faciant, & non contra faciant, vel veniant, feu aliquem contra facere, vel venire permittant ratione aliqua, five caufa, pro quanto gratia noftra illis cara eft, & praeter irae, & indignationis noftrae incurfum, poenam unciarum auri mille cupiunt evitare: In cujus rei teftimonium praefentem fieri juffimus noftro negotiorum Siciliae citra Farum magno impen-

denti

denti ſigillo munitum. Datum in Civitate Caeſaraugustae die ultimo menſis Junii VI Inditionis anno a nativitate Domini MDXVIII, Regnorum noſtrorum v3 Reginae Caſtellae, Legionis, Granatae &c. anno XV, Navarrae IV, Aragonum, utriuſque Siciliae, Hieruſalem, & aliorum III, Regis vero omnium III = YO EL REY = Vidit Decanus bis, & pro Magno Camerario = Vidit Auguſtinus Vicecancellarius, & pro Protonotario = Vidit Generalis Theſaurarius = Dominus Rex mandavit mihi Joanni Hannart = Solvat ducatos duos, & tarenos duos Ra. Joannes Taxator = In Privilegiorum IV *fol.* CC. (*)

(*) Queſto Diploma, ſpedito in Saragozza, fu eſecutoriato in Regno coll' altro Diploma ſeguente, in cui fu interamente inſerito: e gli originali di amendue furono preſentati in Regia Camera nell' anno 1554, in tempo che viveva ancora, e felicemente governava queſto Regno, il glorioſiſſimo Imperador Carlo V, che l'aveva conceſſo; e dagli ſteſſi ſuoi Miniſtri furono ſu di eſſi collazionate le copie, che ora ne abbiamo, come appare dall' Atto giuridico, che rapportiamo nel Num. XIII di queſto Codice.

Num. XI.

Diploma del Vicerè D. Raimondo de Cardona.

CAROLUS Electus Romanorum Rex, & Electus Imperator semper Augustus, ac JOANNA Mater, & idem CAROLUS ejus filius primogenitus Reges Castellae, Aragonum, utriusque Siciliae, Hierusalem &c. = RAYMUNDUS DE CARDONA Comes Albenti, ac ulterioris Siciliae Magister Justitiarius, & praedictarum &c., & Catholicarum Majestatum in praesenti Regno Vicerex, Capitaneus, & Locumtenens Generalis &c.: Illustribus, & Magnificis Viris Magno hujus Regni Camerario, ejusque Locumtenenti, Praesidentibus, & Rationalibus Regiae Camerae Summariae, Sacroque Regio Consilio, & ejus Praesidenti, Magistro Justitiario, Regenti Magnam Curiam Vicariae, & Judicibus ejusdem, ceterisque Officialibus, & personis omnibus quibusvis titulo, auctoritate, & potestate fungentibus gratiam Regiam, & bonam voluntatem. Pro parte Reverendi Episcopi Angloni fuit nobis praesentatum Regium Privilegium tenoris sequentis v3. (*Quì leggesi l'antecedente Diploma estesamente*). Quapropter volentes Regiis ut tenemur obedire mandatis, vobis omnibus, & cuilibet vestrum insolidum praecipimus, & mandamus, quatenus servata forma praeinserti Regii Privilegii illam, & illud ad unquem, & inviolabiliter in omnibus, & per omnia exequamini, & observetis, & observari, & exequi faciatis per quos decet, juxta praeinserti Regii Privilegii tenorem pleniorem: cauti de secus agendo pro quanto gratiam praefatarum Majestatum charam habetis, & poenam ducatorum mille cupitis evitare: Praesentibus Regio solito sigillo a tergo impressis praesentanti remansuris. Datum in Castello novo Neapolis die IV. Mensis Maii MDXX = DON RAYMUNDO DE CARDONA = Vidit Monta ltus Regens = Vidit de Colle Regens = Vidit Loffredus Regens = Vidit Antonius Januarius Viceprotonotarius = Hieronymus Locumtenens Magni Camerarii = Vidit Simon Ruiz Regens Generalem Thesaurariam = Dominus Vicerex mandavit mihi Antonio de Seron = Solvat tarenum unum Lopis Taxator = In Partium Locumtenentiae XIII *fol.* 225. (*).

Num. XII.

(*) La sua legalità, come abbiam detto nella Nota antecedente, la riceve dall' Atto giuridico del Num. XIII.

Num. XII.

Bolla del Sommo Pontefice Paolo III.

PAULUS Episcopus Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam = Non inconveniens esse censemus, si rationabili causa suadente, statuta quandoque varientur humana, nam Deus ipse aliqua, quae fecerat in veteri Testamento, mutavit in novo. Dudum siquidem cum jam tanto tempore, quod ejus initii hominum memoria non habebatur, Civitas Anglonensis devastata, & populo destituta fuisset, ac nulla in ea Civitatis vestigia apparerent, & Ecclesia Anglonensis, quae sub invocatione Nativitatis Beatae Mariae Virginis fundata, & dicata erat, & in qua unus Archidiaconatus major pro uno Archidiacono, & unus Decanatus pro uno Decano, ac una Cantoria pro uno Cantore, non majores post Pontificalem Dignitates, necnon quamplures Canonicatus, sive Praebendae certo modo ordinaria auctoritate instituti esse asserebantur, penitus destituta esset, & in ea non nisi die Nativitatis hujusmodi, aut saltem raro divina celebrarentur, & pro majori parte temporis clausa remaneret, nec non Oppidum Tursien., Anglonen. Dioecesis, inter alia illarum partium Oppida admodum insigne, & notabile, ac benedicente Domino multa nobilium, & Utriusque Juris Doctorum, & aliarum virtute praeditarum personarum, ac frequenti populo refertum, & in eo Palatium Episcopale Anglonen., necnon inter alias Parochiales Ecclesias dicti Oppidi Parochialis Ecclesia Sancti Michaelis in medio fere ejusdem Oppidi consistens ipsius incolis commoda existerent, & propterea Oppidum Civitatis, & Ecclesia Sancti Michaelis hujusmodi Cathedralis nomine, titulo, & praerogativa merito decorari deberent, idque dilecti filii, Universitas dicti Oppidi plurimum desiderarent, & ut praemissa fierent Ecclesiam Sancti Michaelis praedictam choro, organis, paramentis, & aliis ornamentis Ecclesiasticis, & tam eam, quam Palatium Episcopale pro una vice aedificiis reparare, & restaurare, ac ampliare, & in decorem, & spectabilem formam redigere, necnon territorium incultum Defensam nuncupatum, quod antea Mensae Episcopali Anglonen., ad quam forsan spectabat, relaxatum, seu alias concessum, aut donatum fuerat, ad culturam, juxta conventionem cum Venerabile Fratre nostro Bernardino Epi-

ſcopo tunc electo Anglonen., Theſaurario noſtro generali, factam, reducere, & Menſam praedictam in illius pacifica poſſeſſione perpetuo manutenere, & alia multa facere intenderent, & ad id ſe obligare vellent: Nos tunc attendentes quod ſi Oppidum in Civitatem, & Eccleſia Sancti Michaelis hujuſmodi in Cathedralem erigerentur, & inſtituerentur, id in Menſae utilitatem, & Oppidi, ac Univerſitatis praedictorum decus, & honorem, necnon Divini cultus augmentum, & animarum ſalutem cederet, ex praemiſſis, & aliis rationabilibus cauſis, habita deſuper cum Venerabilibus Fratribus noſtris Sanctae Romanae Eccleſiae Cardinalibus deliberatione matura, de illorum conſilio, & Apoſtolicae poteſtatis plenitudine, dicto Bernardino Epiſcopo iis omnibus expreſſe conſentiente, in dicta Eccleſia Anglonen. titulum, & dignitatem Cathedralis Eccleſiae, ac in ea inſtitutas Archidiaconatus, Decanatus, & Cantoriae dignitates hujuſmodi, nec non alia officia, & beneficia in ea forſan exiſtentia, dummodo illa obtinentium ad id expreſſus accederet aſſenſus, ſuppreſſimus, & extinximus, ac ad Dei Omnipotentis laudem, & honorem, necnon militantis Eccleſiae exaltationem, Oppidum Turſien. Civitatis titulo inſignivimus, illudque in Civitatem cum juribus, & privilegiis, quibus aliae Civitates partium illarum utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, necnon Eccleſiam Sancti Michaelis praedictam in Cathedralem, cum inſigniis, & juriſdictionibus Epiſcopalibus ad inſtar aliarum circumvicinarum Eccleſiarum Cathedralium: Ita tamen quod idem Bernardinus tunc electus, prout eatenus dictae Eccleſiae Anglonen. praefuerat, ita eidem erectae Eccleſiae Turſien. abſque alia proviſione illi de perſona ſua facienda, in omnibus, & per omnia praeeſſet, & illius verus Praeſul exiſteret, ipſeque, & ſui in dicta Eccleſia Turſien. Succeſſores electi, & Epiſcopi Turſien., qui pro tempore forent, iiſdem Privilegiis, facultatibus, juribus, praeeminentiis, libertatibus, honoribus, & indultis, tam Apoſtolicis, quam Imperialibus, & Regiis, ac aliis quibus electi, & Epiſcopi Anglonen. eatenus Apoſtolica, Imperiali, Regia, delegata, vel ordinaria auctoritate uſi erant, perinde ac ſi eſſent, & nuncuparentur electi, ſeu Epiſcopi Anglonen. uterentur, potirentur, & gauderent, ac Eccleſia, Civitas, & Dioeceſis Turſien., necnon dilecti filii earundem Eccleſiarum, & Civitatis, & Dioeceſis Turſien., & Anglonen. Clerus, curae, & juriſdictioni pro tempore exiſtentis Epiſcopi Turſien., prout eatenus Epiſcopis Anglonen., qui pro tempore fuerant, ſubjecti erant, ſubeſſent, & ſubeſſe cenſerentur:

Nec-

Necnon in dicta Ecclesia Sancti Michaelis unum Archidiaconatum majorem pro uno Archidiacono, & unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, & unum Decanatum, non majores post Pontificalem dignitates, pro uno Decano, necnon decem Canonicatus, & totidem Praebendas pro decem Canonicis ereximus, & instituimus, ac Ecclesiae Tursien. Mensam Episcopalem Anglonen. pro Mensa Episcopali, ac Palatium Episcopale Anglonen. pro Palatio Episcopali Tursien., necnon Archidiaconatui, & Archipresbyteratui, ac Decanatui, & singulis Canonicatibus, & Praebendis erectis praefatis bona Dignitatum, Canonicatuum, & Praebendarum, ac aliorum officiorum, & Beneficiorum suppressorum praedictorum juxta divisionem, & distributionem per dictum Bernardinum Episcopum faciendas; itaquod liceret eis quibus de Archidiaconatu, & Archipresbyteratu, ac Decanatu, necnon Canonicatibus, & Praebendis erectis praedictis canonice provisum fuisset, possessionem bonorum hujusmodi propria auctoritate, libere apprehendere, ac in suos, & Archidiaconatus, necnon Archipresbyteratus, & Decanatus, ac singulorum Canonicatuum, Praebendarum erectorum hujusmodi usus, & utilitatem convertere, cujusvis licentia super hoc minime requisita, perpetuo concessimus, assignavimus, applicavimus, & appropriavimus, Sedemque Episcopalem Anglonen. cum illius juribus ad eandem Ecclesiam Tursien. transtulimus, ac eidem Bernardino Episcopo quod Archidiaconatum, & Archipresbyteratum, & Decanatum, singulosque Canonicatus, & Praebendas praefatos, etiam ab eorum primaeva erectione hujusmodi vacantes, personis idoneis, de quibus sibi videretur, etiam quaecumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, libere, & licite conferre, necnon quaecumque statuta, & ordinationes super bono, & felici Ecclesiae, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, Canonicatuum, & Praebendarum, necnon Cleri praedictorum regimine, & directione inviolabiliter observanda, juxta Canonicas sanctiones, Apostolica auctoritate praefata condere, renovare, & mutare libere, & licite posset, indulsimus, sibique licentiam, & facultatem desuper concessimus: volumusque, quod praedictus Bernardinus Episcopus, & Successores sui electi seu Episcopi Anglonen., & Tursien. denominari possent, & quod eidem Ecclesiae Anglonen. nomen, & titulus Cathedralis Ecclesiae reservata esse censerentur, prout in aliis nostris desuper sub plumbo confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, exortis postmodum inter dilectos filios Cives dictae Civitatis Tursien. in duas, unam v3. Arabatanam, alteram vero Massita-

sitanam nuncupatas, partes divisos super electione loci Ecclesiae Cathedralis Tursien., & illius invocatione nonnullis differentiis, praefati Cives, medio, & interventu dilecti filii nobilis viri moderni Principis Salernitani ipsius Civitatis Tursien. in temporalibus Domini, verbo, seu forsan in scriptis inter se convenerint, & concordaverint, quod Ecclesia Cathedralis Tursien. ab Ecclesia Sancti Michaelis praedicta ad Parochialem Ecclesiam Beatae Mariae Annuntiatae ejusdem Civitatis Tursien. transferri, & in ea constitui, & locari, & pro translatione, & constitutione hujusmodi facienda Nobis supplicari deberet: Nos attendentes quod, sicut ex fide dignorum relatione accepimus, ex concordia, & conventione praedictis, differentiae inter ipsos Cives ex praemissis exortae, & quae exinde succedere potuissent scandala, de medio tolluntur, & quod post translationem praedictam in dicta Ecclesia Sancti Michaelis nihil factum, aut innovatum extitit, quodque Ecclesia Beatae Mariae Annuntiatae praedicta magis decora est, & spectabilis, quam Ecclesia Sancti Michaelis, ac in loco plano, & magis opportuno pro Episcopi Anglonen. pro tempore existentis, & ad illum, sive ejus Curiam recurrentium commoditate situata existit, & quod si ultima translatio hujusmodi fiat, ad decorem, & ornamentum ipsius Civitatis cedet, volentes in praemissis opportune providere, eosdem Bernardinum Episcopum, & Communitatem Tursien., ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon suppressionis, extinctionis, insignitionis, erectionis, institutionis, translationis, indulti, concessionis, voluntatis, & dictarum litterarum veriores, ac quarumcumque aliarum scripturarum desuper forsan confectarum tenores, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, & concordiam, & conventionem hujusmodi ex certa scientia approbantes, & confirmantes, Motu proprio, non ad ipsorum Bernardini Episcopi, aut Communitatis, vel aliorum pro eis, Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed de Nostra mera deliberatione Ecclesiam Cathedralem Tursien. a dicta Ecclesia Sancti Michaelis ad Ecclesiam Beatae Mariae Annuntiatae hujusmodi Apostolica Auctoritate tenore praesentium transferimus, & in ea Cathedralem ipsam perpetuo constituimus, atque locamus: Quodque ex nunc Ecclesia Beatae Mariae Annuntiatae praedicta Cathedralis Tursien. existat, & ipsa Ecclesia Sancti Michaelis suppressa, & ex-

tin-

tincta sit, & esse censeatur eo ipso perpetuo concedimus, statuimus, & ordinamus in omnibus, & per omnia, perinde ac si a principio dicta Ecclesia Anglonen. non ad Sancti Michaelis, sed ad Beatae Mariae Annuntiatae Ecclesiam hujusmodi translata fuisset: decernentes, quod Presbyteri ejusdem Ecclesiae Sancti Michaelis, pariter cum aliis, ad Dignitates, ac Canonicatus, & Praebendas praedictas assumantur, quodque praesentes litterae valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si consistorialiter servatis quibuscumque servandis emanassent, sicque per quoscumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta auctoritate fungentes Judices, & personas, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & dictae Romanae Ecclesiae Cardinales ubique judicari, & definiri debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpetrandi facultate, necnon irritum, & inane quicquid secus super iis a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari; Non obstantibus praemissis, & Apostolicis, ac in Provincialibus, & Sinodalibus Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, ac Ecclesiae, & Civitatis Tursien. praedictarum etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis sub quibusvis verborum formis, & expressionibus, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expresse quod illis nullatenus derogari possit tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, approbationis, confirmationis, translationis, constitutionis, locationis, concessionis, statuti, ordinationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud

San-

Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae MDXXXXVI, septimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno XII.

Fateor ego Joannes de Lilla de Senisio Regius Notarius praesentem copiam in paginis tribus integre scriptis, cum dimidia, fuisse manu alterius exemplatam a suo Originali in pergamena scripto, existente penes Rev. Dominum Episcopum Anglonen., & facta collatione cum suo Originali concordat, meliori collatione semper salva, in quorum fidem ego praedictus Notarius Joannes hic me subscripsi, & meo solito, & consueto signo signavi rogatus, & requisitus, & collationando addidi in prima facie in versiculo vigesimo quinto quod antea *non vitio, sed errore Scriptoris, ideo pro autentico habeatur* = Adest signum Notarii.

Praevio ordine in scriptis dato per Dominum Regium Consiliarium, Regiae Camerae Summariae Praesidentem, & Regalis Patrimonii Fisci Patronum D. Dominicum Potenza, existente in actis, extracta est praesens Copia ab actis 1565, intitulatis: Acta Originalia inter Rev. Episcopum Tursii cum Universitate supradictae Civitatis *penes me &c. fol. 98 ad 101, & facta collatione &c., meliori &c., & in fidem &c. Neapoli ex Regia Camera Summariae die 15 Septembris 1784 = Marianus Letizia Actuarius = Vidit Fiscus citra praejudicium &c.*

Num.XIII.

Num. XIII.

Giuridica Collazione fatta in Regia Camera de' Diplomi de' Num. VII, X, e XI sopra i loro originali.

EX provisione facta in Regia Camera Summariae = Quoniam in Causa vertente in dicta Regia Camera inter Universitatem, & homines Civitatis Tursii ex una, & Reverendum Episcopum dictae Civitatis ex altera, ac Regium Fiscum subintrantem de, & super jure pasculandi in Territorio Angloni, & aliis ut in Actis continetur &c., fuerunt pro parte dicti Reverendi Episcopi productae retroscriptae tres Copiae Privilegiorum, una cum earum Originalibus, quae Originalia intendit penes se retinere, & dictas Copias relinquere; ea de re intimetur infrascriptis, quatenus prima die juridica in dicta Camera compareant visuri, & audituri Collationem faciendam dictarum Copiarum cum dictis Originalibus, alias ipsis non comparentibus, parte instante, procedetur per infrascriptum Causae Actuarium ad dictam Collationem faciendam, ut juris erit, & dicta Originalia restituentur, eorum absentia, & contumacia non obstantibus. Datum Neapoli in Regia Camera die XII Octobris 1554 = PAULUS DE MAGNANIS = Joannes Baptista Coppola Actuarius = Intimandi sunt v3 = Lo Magnifico Giovanni Paolella Procurator fiscale personaliter = Lo nobile Biase de Ceo personaliter = *Die XV October* 1554 *Io Antonino de Simima Portiero della Regia Camera refero aver intimato li sopradetti Signori personaliter con mostrarli le presenti Copie, & Originali de carta de coiro.*

Collatio.

Die XIX Octobris 1554 per me Joannem Baptistam Coppolam Actuarium Causae fuerunt retroscriptae tres Copiae collationatae cum suis Originalibus praesentatis in Regia Camera cum quibus Originalibus concordant de verbo ad verbum, meliori semper salva &c. = Joannes Baptista Coppola Actuarius.

Praevio ordine in scriptis Domini Regii Consiliarii Praesidentis Regiae Camerae Summariae, & Fisci Patroni Regalis Patrimonii D. Dominici Potenza existente in actis, extracta est praesens copia ab Actis intitulatis: 1552. Primum volumen Processus originalis inter Reverendum Episcopum Anglonae, & Tursii ex una, & Regium Fiscum, & Universitatem, & homines Civitatis Tursii super pascuo in territorio Anglonense, *penes me &c. fol.* 95 *ad* 104, *& facta collatione &c., meliori &c., & in fidem &c. Neapoli ex Regia Camera Summariae die* 15 *Septembris* 1784 = *Marianus Letizia Actuarius* = *Vidit Fiscus citra praejudicium &c.*

Num. XIV.

Decreto della Regia Camera dell' anno 1581.

Die 18 Januarii 1581.

IN Causa Reverendi Episcopi Anglonensis cum Universitate, & hominibus Civitatis Tursii, super jure pasculandi, quod dicta Universitas Tursii praetendit habere in territorio Anglonense, & super quadam exactione a fidatis in dicto territorio per dictum Reverendum Episcopum ut in Actis clarius continetur = Visis Actis per Excellentem Militem U. J. D. Dominum Fabricium Villanum Praesidentem Regiae Camerae, & Causae Commissarium, & facta de eis relatione in dicta Regia Camera Illustri Domino Locumtenenti, & aliis Excellentibus Dominis Praesidentibus, fuit per dictam Regiam Cameram provisum, & decretum, prout praesenti Decreto decernitur, & providetur, Non licere dictis Universitati, & hominibus Civitatis Tursii pascua sumere in dicto territorio Angloni, sine licentia dicti Reverendi Episcopi Anglonensis: Et similiter non licere Castellano, Bajulis, & Camerlinghis dictae Civitatis Tursii aliquid exigere a fidatis per ipsum Episcopum in dicto territorio. Neutram partem in expensis condemnando. Hoc suum = FABRITIUS VILLANUS = Scipio Solimena Actorum Magister = Hyeronimus Drastani = Joannes Vincentius Coppola = Michael Bartiromo reservat Magnificae Universitati Tursii omnia juris remedia = *Die 19 Januarii* 1581 *Io Mario de la Ragione Portiero ho intimato il nobile Michele Bartiromō personaliter* = Die 24 Januarii 1581 Magnificus Andreas Picolla Procurator, & generalis Agens Universitatis Tursii a retroscripto Decreto reclamat in forma &c.

Praevio ordine Domini Praesidentis Regiae Camerae D. Ferdinandi Lignola in calce supplicis libelli nomine Rev. Mensae Episcopalis Anglonen., qui per me conservatur, extracta est praesens copia ab actis intitulatis: Acta originalia inter Rev. Episcopum Civitatis Tursii cum Universitate supradictae Civitatis, *fol.* 149, *ad praesens penes me subscriptum Prorationalem, & Actuarium Regiae Camerae, factaque collatione concordat, meliori &c., & in fidem &c. Neapoli die 7 mensis Julii* 1785 = *Marianus Letizia Actuarius.*

Num.XV.

Num. XV.

Real Dispaccio del Re Carlo Borbone.

HIzo presiente al Rey los memoriales del Obispo de Tursi, y de la Principesa de Avella, en que exponen la controversia entre ellos vertiente, sobre el exercicio de la jurisdiccion ordinaria en el Feudo de Anglona, y de la extraordinaria de la Feria, que se celebra en dicho Feudo, y la Relazion que V. SS. hizieron en ambos assumptos. Y haviendo S. M. resuelto, que el punto de la referida jurisdiccion ordinaria se trate, y determine por la Camera de la Sumaria, y que en el interim hasta la decision de la Camera use de la dicha jurisdiccion el Obispo; me manda S. M. prevenirlo a V. SS. para que dispongan que al dicho Prelado non se contienda, ni perturbe el uso, y exercicio de la enunciada jurisdiccion ordinaria *citra poenam sanguinis* en el Feudo de Anglona, hasta tanto que la Camera de la Sumaria determine la controversia: y tocante a la jurisdiccion extraordinaria de la Feria, darà S. M. otra providencia. Dios guarde a V. SS. muchos años como deseo. Napoles 24 Septiembre 1746 = El Marques Tanucci = Señores Preside, y Uditores de Matera.

HO fatto presente al Re i memoriali del Vescovo di Tursi, e della Principessa di Avella, in cui espongono la controversia vertente fra loro intorno all' esercizio della giuridizione ordinaria nel Feudo di Anglona, e dell' estraordinaria della Fiera, che si celebra nel medesimo Feudo, e la Relazione, che le SS. V. han fatta sopra amendue gli assunti. E avendo S. M. risoluto, che il punto della riferita giuridizione ordinaria si tratti, e si determini dalla Camera della Sommaria, e che interinamente fino alla decisione della Camera, eserciti la detta giuridizione il Vescovo; mi comanda S. M. di prevenirlo alle SS. V., affinchè dispongano, che al detto Prelato non si impedisca, nè si perturbi l' uso, e l' esercizio dell' enunciata giuridizione ordinaria citra poenam sanguinis *nel Feudo di Anglona, fin tanto che la Camera della Sommaria determini la controversia: ed intorno alla giuridizione estraordinaria della Fiera darà S.M. altra provvidenza. Dio guardi le SS. V. per molti anni come desidero. Napoli 24 Settembre 1746 = Il Marchese Tanucci = Signori Preside, e Uditori di Matera.*

Extracta est praesens Copia a Registro titulato: Litterarum Suae Majestatis, *penes me sistente in Officio Secretariae Regiae Audientiae hujus Provinciae Basilicatae, & facta collatione concordat &c., meliori semper salva &c., & in fidem &c. = Franciscus Striancese Secretarius Regiae Audientiae Provinciae Basilicatae ad fidem &c.*

e 2 Num.XVI.

Num. XVI.

Sentenza della Curia del Cappellano maggiore di questo Regno per la dichiarazione del Regio Padronato.

In causa redintegrationis Regii Patronatus in Cathedralem Ecclesiam Thursi, & Anglonae.

FRanciscus Antonius de Simone Causarum Patronus, praevia felicissimi Regis FERDINANDI venia, in Curia Cappellani majoris libello petiit, ut in Cathedralem Ecclesiam Thursi, & Anglonae Regius Patronatus redintegraretur. Proinde citationibus per edictum expediri solitis, judicium denunciatum fuit generatim omnibus, quorum interesse fortasse posset, & speciatim Episcopo: quamvis neque Episcopus, neque alii se judicio stiterint. Contumaciis igitur de more incusatis, ac termino probationibus praestituto, in eo insequentia producta sunt monumenta, unde Regius in praedictam Ecclesiam Patronatus facile evinci possit.

Ad Fisci causam adprobandam allegatum primo fuit Rescriptum Guilelmi II ann. 1167, quo praedictae Ecclesiae ab eo constituta dos fuit concessione Nucarae Feudi nobilis *cum omnibus tenimentis, & pertinentiis suis*, cujus hodiedum possessio est penes praedictam Ecclesiam. In ipsa vero concessione ab eodem Principe cautum, *ut Anglonae Ecclesia sub protectione Culminis nostri rerum suarum, & securitate vigeat, & incremento.*

Aliud insuper Diploma Friderici II fuit exhibitum, primo Imperii sui anno editum, insertum in Privilegio confirmationis Reginae Joannae I, ejusque Conjugis Ludovici. In eo memoratus Imperator primo edicit; *quod nos intuitu Divinae retributionis, & pro remedio animarum felicium Regum Praedecessorum nostrorum, felicisque memoriae divi Imperatoris Patris nostri, intuitu etiam B. Virginis, in cujus nomine Anglonensis Ecclesia noscitur esse fundata, ipsam Ecclesiam cum omnibus bonis suis sub protectione Culminis nostri recipimus.* Deinde ei concedit ipsum Anglonae Oppidum, cum tenimentis, & pertinentiis suis, ejus finibus in Diplomate suo accurate descriptis. Ei quoque concessit homines in Oppido Thursi, & Sancti Arcangeli, & immunes declaravit Anglonensem Ecclesiam, & Praelatos suos, hominesque, & vassallos Anglonae, ejus-

jusque Dioeceseos *ab omnibus servitiis, taliis, collectis, & exactionibus Curiae nostrae, & Successorum nostrorum, Justitiariorum, Castellanorum, Bajulorum, & omnium Officialium nostrorum, & Successorum nostrorum, Comitum, & Baronum, & nihil nobis, & Successoribus nostris in praelibatis ejus hominibus, & vassallis ipsius penitus reservantes, praeter judicium sanguinis, & quod nobis, & Successoribus nostris homagium facient, & juramentum praestabunt fidelitatis*. Ea autem Friderici concessio in partibus suis omnibus per Reginam Joannam I, ejusque Conjugem Ludovicum confirmata fuit Diplomate ann. 1352.

Productum praeterea est Privilegium Ferdinandi I Aragonii ann. 1468, quo is ab Episcopo precibus interpellatus ei concessit, ut Anglonae jus esset quotannis celebrari *Nundinas rerum venalium* per dies octo, incipiendas a vigilia die Natalis Beatae Virginis, ita addens in Diplomate suo: *quas quidem Nundinas praedicto modo futuras francas esse volumus, & exemptas ab omni onere doganae, & cujuslibet alterius servitutis*.

Denique, ut omittam alia, exhibitum in judicio est aliud Privilegium Caroli V ann. 1518, quo confirmavit Episcopali Ecclesiae Anglonensi concessionem Civitatis Anglonae cum tenimentis, praediis, & pertinentiis suis in superioribus Privilegiis memoratis, ita edicens, *ac omnia alia, & singula in praedictis Privilegiis, ad quae Nos referimus, ac volumus hic haberi, & habemus pro sufficienter insertis, ac si de verbo ad verbum essent inserti, laudamus, & approbamus, ratificamus, & confirmamus, ac quatenus opus sit de novo concedimus*.

Praeterea allegata sunt in judicio documenta, unde liquet, Anglonenses Episcopos eis Privilegiis in judicio usos esse, ea recognosci, & verificari curasse, atque in jure probasse, praedictarum concessionum vigore Anglonensem Ecclesiam possedisse, ac possidere Anglonae Feudum, ac per Feudum ipsum exercuisse omnimodam jurisdictionem, excepto sanguinis judicio, ac facultatem quotannis eligendi Nundinarum Magistrum, & omnia alia jura, exemptiones, & immunitates, quae in praedictis Privilegiis continentur.

Eae opulentae largitiones per Neapolitanos Principes in Thursi, & Anglonae Ecclesiam collatae ex bonis e Principatu decerptis, cujusmodi fuerunt Nucarae Feudum, & Anglonae Civitas, cum concessione jurisdictionis, exemptionum, & immunitatum, quae tantum a liberalitate Principum proficisci possunt, Regii in praedictam Ecclesiam Patronatus fundamentum sunt, atque de eo dubitari non sinunt. Nam & jus Civile, & ipsi beatioris aetatis Cano-

nones Patronatus in Ecclesias illis addici jubent, qui eas de suo dotarint. Dos autem Anglonensis Ecclesiae in Feudis potissimum est constituta, quae per decessores Neapolitanos Principes ab ipso Principatu sunt delibata. Inde factum quoque, ut Anglonenses Episcopi & opulenta alimenta sibi pararint, & Regni Barones evaserint. Proinde Curiae visum de Regio in praedictam Ecclesiam Patronatu dubitari non oportere. Quapropter omnibus accurate perpensis ita pronunciavit.

Die 10 Mensis Junii 1785 Neapoli.

Curia Regii Cappellani Majoris declarat, Episcopalem Ecclesiam Thursi, & Anglonae, a Neapolitanis Principibus opulenter dotatam, fuisse & esse Regii Patronatus, ac propterea Regiam Coronam redintegrandam esse, ut praesenti Sententia redintegratur in Patronatum praedictae Ecclesiae, cum bonis suis omnibus, Feudis, jurisdictionibus, juribus, praerogativis, & pertinentiis, ac cum facultate ad Principem, ejusque in Regno Successores pertinente eligendi, ac nominandi Episcopi in singulis vacationibus, & cum aliis juribus, quae ad Principem Patronum leges, & mores deferri jubent. Proinde ne jura Regia aliquando detrimentum patiantur, praedicta Ecclesia referatur in libros Curiae inter alias Cathedrales Ecclesias, in quas jus Patronatus Principi competit.

Num. XVII.

Fede del Razionale del Regio Cedolario per lo pagamento dell' Adoa.

SI fa fede per l'infrascritto Magnifico Razionale della Regia Camera della Sommaria per Sua Maestà (D. G.) col carico de' Libri del Regio Cedolario dell' Adoa de' Baroni , e Feudatarj del presente Regno, qualmente riconosciuto il Cedolario della Provincia di Basilicàta, che va dall' anno 1767 in avanti , in quello *fol* 255 *a t.* appare la seguente intestazione : *Reverenda Mensa Episcopalis Civitatis Tursii* TENETUR *pro Feudo Anglonis in ducatis* 27 - 03 . Quale suddetta intestazione seguì in virtù di Certificatoria della Regia Camera de' 24 Aprile 1786, ed in fede &c. Datum Neapoli ex Regia Camera Summariae die 5 Mensis Junii 1788 = Dominicus Paziente Rationalis = Antonius Piro Prorationalis.

TA:

TAVOLA DE' DIPLOMI

Che si contengono in questo Codice.